

Explanatio sancti Thome

exterminat cremabilia. sic charitas illuminat opera. exa-
minat intentionē. et omnia vitia exterminat. Jam appa-
ret que sit causa huius epistole efficiens: quod paulus quod
notat ibi. Ego. Finalis quod confirmatio quod notat ibi. Vos
firmavi. Que materialis: quod epheſij. quod notat ibi. Vos
luminas eius. Formalis patet in diuisione epistle et modo
agendi. Huius epistole premitit glosator prologum siue
argumentū. vbi principaliter duo facit. Primo descri-
bit eos. Secundo rationem et modum scribendi subdit ibi
Vos collaudat apostolus. Epheſinos vero quibus scribit
describit a tribus. Primo a regione: quod epheſij sunt asia
anti ab asia minore. Secundo a religione: quod hi acceperunt
verbum veritatis christiane. Tertio a stabilitate: quod
perſisterunt in fide. Primo respicit patriā. Secundo gra-
tiam. Tertium pseuerantiam. Hos collaudat apostolus
et. Hic subdit etiam rationes et modum scribendi. vbi im-
plicat quattuor. Primo scripture rationem. Secundo acto-
rem qui est apostolus scribens. Tertio locum a quo scri-
bit: quod a roma de carcere. Quarto nuncium per quem scri-
bit quod per titicum diaconem. Ista satis patet.

Capitulum primum.

Paulus apostolus iesu christi
per voluntatem dei omnibus
sanctis qui sunt epheſi: et fide-
libus in christo iesu. Gratia vo-
bis et pax a deo patre nostro dno iesu chri-
sto. Benedictus deus et pater domini nostri
iesu christi qui benedixit nos in omni bene-
dictione spirituali in celestibus in christo.
sicut elegit nos in ipso ante mundi constitu-
tionem: ut essemus sancti et immaculati in
conspectu eius in charitate. Qui predesti-
nauit nos in adoptionem filiorum per iesum chri-
stum in ipsum secundum propositum voluntatis sue in
laude glorie gratie sue.

Hanc epistolam scribit apostolus ad epheſios. Epheſij
sunt asiani ab asia minore que est pars grece. hi non fue-
runt per apostolum paulum in fide fundati: sed confirmati
Iam enim antequam veniret ad eos erant conuersi ut habe-
ri potest act. 19. Factum est cum apollo esset corinthi et
post conuersionem vero suam et apostoli confirmationem in fi-
de perſisterunt nec pseudo receperunt. Non ergo reprehensio-
ne: sed consolatione digni erant. Ideo paulus eis non
inreparatoriam: sed consolatoriam scribit epistolam. Scri-
bit autem ab urbe roma per titicum. Inceptio vero eius est eos
in bonis habitis confirmare et ad altiora puocare. No-
dus autem agendi patet in diuisione epistle. Primo ergo ponit
salutationem in qua suum affectum ad eos demonstrat.
Secundo narrationem in qua eos in bonis habitis confir-
mat ibi. Benedictus deus etc. vsque ad quartum capitulum.
Tertio exhortationem in qua eos ad vltiora bona puo-
cat a capitulo quarto vsque ad locum illum capitulo. 6. De
cetero fratres confortamini in dno. etc. Quarto epistle con-
clusionem in qua eos ad certamen spirituale confortat a lo-
co illo. De cetero vsque in finem. In salutatione primo ponit
personam salutans. Secundo personam salutate ibi. Sanctis
omnibus etc. Tertio formam salutationis ibi. Gratia vo-
bis etc. In prima primo nominat personam ibi. Paulus.
Secundo personam auctoritatem ibi. Apostolus iesu christi. Tertio au-
toritatis datorem ibi. Per voluntatem dei. Dicit ergo
Paulus apostolus. Paulus nomen est humilitatis: apostolus

vero nomen est dignitatis. quod se humiliter exaltabit. **Luce**
14. et. 18. Aplos in quibus iesu non sabbane sicut pseudo. et
corin. 11. Non est ergo magnus si ministri eius scilicet sabbane
ne transigunt velut ministri iusticie etc. Apostolus in quibus
et hoc non meis meritis: sed per voluntatem dei. Contra
est in multis. **Dee. 8.** Ipsi regnauerunt et non ex me etc.
Sanctis omnibus scilicet qui sunt epheſi et fidelibus. supple
scribit. Et ego paulus scribo sanctis exercitio virtutum
quoad mores. Fidelibus rectitudine cognitionis quo ad
fidem. Et sanctis id est maioribus et perfectis. fidelibus id est
minoribus et imperfectis. fidelibus in quibus in hoc scilicet in chri-
sto non in seculis suis. **Gratia vobis et pax etc.** Hic sub-
ditur salutationis forma in qua implicatur tria. scilicet donum
quodlibet gratificantia. donum sufficientia. ibi. Gratia vo-
bis et pax. datoris potentia ibi. A deo patre. mediatoris
excellencia ibi. Et dno iesu christo. Tunc enim gratum est
donum quando sufficiens est quod datur quoniam a potente datur.
ut quando a rege vel principe datur. quando per solennem nuncium
cum datur ut per filium. Dicit ergo. Gratia scilicet iustificatio-
nis a culpa. et pax id est tranquillitas mentis et reconcilia-
tio ad deum quo ad liberationem a debita pena per offensa
vobis supple sit ex hoc scilicet a deo patre nostro a quo bona
cuncta procedunt. **Act. 1.** Omne datum optimum etc. Et do-
mino iesu christo sine quo nulla bona dantur. Ideo fere omnes
orationes finitunt per dnum nostrum iesum christum. Spiritus
sanctum non nominat: quod cum sit nexus patris et filij intelli-
gitur in extremis. vel intelligit in donis sibi appropriatis
scilicet quod sunt gratia et pax. **Deinde cum dicit. Benedictus**
deus etc. hic gratias agendo nos in bono confirmat. et hoc
tribus modis. Primo ratione sumpta ex parte christi a quo
multa bona adepti sunt capitulo illo. Secundo ratione
sumpta ex parte ipsorum qui de preterito statu malo ad bo-
num translati sunt capitulo secundo ibi. Et vos cum esse-
tis mortui etc. Tertio ratione sumpta ex parte apostoli cuius
ministerio et diligentia in bono statu positi confirmati sunt
capitulo tertio ibi. Diuisi rei gratia etc. Iterum prima in-
tria diuidit. quod primo gratias agendo tangit beneficia ge-
neraliter. Secundo beneficia exhibita ipsis apostolis specia-
liter ibi. Que supabundauit in vobis etc. Tertio bene-
ficia exhibita ipsis epheſijs specialiter ibi. In quo et vos
cum audissetis etc. Beneficia vero exhibita generaliter
humano generi tangit scilicet. Primum benedictionis in cer-
titudine future beatitudinis ibi. Benedictus deus etc. Secundo
electionis in preordinata separatione a massa perditionis
ibi. Sicut elegit vos in ipso etc. Tertium predestina-
tionis in preordinata associatione cum bonis scilicet cum filiis
is adoptionis ibi. Qui predestinavit nos etc. Quartum
gratificationis in collatione gratie ibi. In quo gratifica-
uit nos etc. Quintum redemptionis in liberatione a pes-
na id est a diaboli seruitute ibi. In quo habemus redem-
ptionem etc. Sextum remissionis in deletione culpe ibi.
Remissionem peccatorum etc. Circa beneficium benedictionis
tangit duo. Primo preconiū quod debet impendi ibi. Be-
neditus deus etc. Secundo beneficium propter quod debet
impendi ibi. Qui benedixit nos etc. Dicit ergo benedi-
ctus scilicet a me a vobis et ab alijs scilicet corde et ore et opere id
est laudatus deus et pater id est ille qui est deus per essentiam
diuinitatis. et pater propter proprietatem generationis. In-
cidit autem copulatio non ratione suppositionis. quod idem
est suppositus: sed ratione significationis essentialiter et
relatiue. Pater in quibus dno nostro iesu christi id est filij qui
est dno noster secundum diuinitatem. iesus christus secundum humanita-
tem. Qui scilicet deus benedixit nos in ipse in presentibus in
futuro benedictus in re. Ponit autem preteritum pro futuro pro-
pter certitudinem. Benedictus in quibus nos licet nostris meritis
maledicos. In omni benedictione spirituali scilicet quantum ad

in epistolam ad Ephesios I

aiāz r qm̄ ad corp^o. Tūc em̄ erit corp^o spūale. 1. cor. 15. **Semina** corp^o aiāle: resurget corp^o spūale. **Benedicti** one in q̄ habita in celestib^o id ē in celo. **Et hoc** in christo id est p̄ xpm̄ vel in christo operante. Ipse em̄ est qui conforabit corpus humilitatis nostre r. **Phil. 3.** Valde appetenda est benedictio hec. **Et ratione efficientis**: qz est qui benedicit. **Et ratione materie** qua nos benedicit **Et ratione forme**: qz in omni benedictione spūali benedicit. **ps̄.** Ecce sic benedicitur homo qui timet dominuz. **Deinde** cum dicit. **Sicut** elegit nos r. tangit beneficiū electionis: vbi cōmendat electio ista. qz libera ibi. **Sicut** elegit nos in ipso. qz eterna ibi. **Ante mundi cōstitutiones**. qz fructuosa ibi. **Et essemus** r. qz gratuita ibi **In** charitate. **Dicit** ergo. ita benedicit nos non nostris meritis: sed ex gratia xpi. sicut elegit nos r. gratis a mafia perditionis separandos p̄ordinauit nos in ipso id est p̄ christum. **Jo. 15.** Non vos me elegistis: sed ego elegi vos r. **Et hoc** ante mundi cōstitutionē id est ab eterno anteq̄ fieremus. **Ro. 9.** Cum nondum nati fuissent r. **Elegit** in q̄ non qz sancti essemus: qz nec eramus. sed ad hoc elegit nos vt essem^o sancti virtutib^o r. imaculati a vitijs. **Et** in q̄ em̄ facit electio fm̄ duas p̄tes iusticie ps̄. **Declina** a malo r. fac bonū. **Sancti** in q̄ in cōspectu ei^o id ē interius in corde vbi ipse solus cōspicit. 1. **Reg. 16.** **Deus** autem intuet^o cor. **Vel** in cōspectu eius id est vt eum inspiciamus: qz visio est tota merces fm̄ augustiniū. **Et hoc** fecit non nostris meritis: sed in charitate sua vel nostra que nos formaliter sanctificat. **Deinde** cum dicit. **Qui** p̄destinauit r. subdit tertium beneficiū scz p̄destinationis in p̄ordinata associatione cōmunis. **Vbi** circa p̄destinationē implicat ser. **Primo** actum eternuz ibi p̄destinatur. **Secundo** temporale obiectuz ibi. **Nos.** **Tertio** p̄sens cōmodū ibi. **In** adoptionē r. **Quarto** fructum futurū ibi **In** idipsum. **Quinto** modū gratuitū ibi. **Secūm** p̄positū r. **Sexto** effectū debitū ibi. **In** laudem glorie r. **Dicit** ergo. **Qui** scz de^o p̄destinauit nos id est sola gratia p̄elegit in adoptionē filiozū id est vt associaremur cuz alijs filijs adoptionis in bonis que habituri sunt. **Ideo** dicit in adoptionē filiozū. **Ro. 8.** **Nō** em̄ accepistis spūm seruitutis iterum in timore: sed accepistis spūm adoptionis filiozū. **Et** infra. **Adoptiones** filiozū expectantes. **Quia** vero illud qd̄ sit ignituz: p̄ ignem hoc oportet fieri: qz nihil consequit^o p̄tationem alicuius nisi p̄ id quod est p̄ naturā suam tale. **Ideo** adoptionem filiozū oportet fieri p̄ filium naturalem. r. ideo addit apostol^o. **Per** iesum xpm̄. **Et hoc** est tertiu^o qd̄ tangitur in isto beneficio scz mediator alliciens. **Gal. 4.** **Al** sit deus filium suū factum ex muliere factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiozū reciperemus. **Et hoc** in idipsum id est inquantū ei cōforamur r. in spū seruiamus. 1. **Jo. 3.** **Videte** qualē charitatem dedit nobis deus vt filij dei nominemur r. simus. **Et** sequit^o ibidem. **Et** scimus quoniam cum apparuerit similes ei erim^o. **Vbi** notandū est qz duplex ē similitudo p̄destinatorū ad filium dei. **Quedā** imperfecta que est p̄ gratiam. r. dicit^o imperfecta **Primo** quidē quia solum est fm̄ reformationē ante de qua **Col. 3.** **Reformamini** spiritu mentis vestre r. induite nouum hominē r. **Secundo** qz etia^o fm̄ animā habet quandā imperfectionē. **Ex** parte em̄ cognoscimus vt dicit. 1. **corin. 13.** **Alia** vero similitudo erit perfecta que erit in gloria r. quantū ad corpus. **Phil. 3.** **Reformabit** corpus humilitatis nostre cōfiguratum r. **Et** fm̄ animā. qz cum venerit quod p̄fectū est enacuabit quod ex parte est. 1. **corin. 13.** **Qz** ergo dicit apostolus qz p̄destinauit nos in adoptionē filiozū potest referri ad imperfectam assimilationē filij dei que

habetur in hac vita p̄ gratiam: sed melius est qz referat^o ad p̄fectam filij dei assimilationem que erit in patria. de qua adoptione dicit **Ro. 8.** **In** gemiscimus adoptionē filiozū dei expectantes. **Causa** p̄destinationis diuine nō est necessitas ex parte dei: nec debitum ex parte p̄destinatorum: sed magis est. fm̄ p̄positum voluntatis sue. **In** quo quarto cōmendat illud beneficiū: quia ex amore puro pueniens. qz p̄destinatio fm̄ rationem p̄supponit electionē: r. dilectio dilectionē. **Duplex** tamē hic causa huius beneficii immensi assignat. **Una** efficiens que est simplex dei voluntas ibi. **Secūm** p̄positū voluntatis sue **Ro. 9.** **Cuius** vult miseret^o: r. quez vult in durat **Jac. 1.** **Voluntarie** enim nos genuit verbo veritatis sue. **Alia** vero causa est finalis que est vt laudemus r. cognoscā^o bonitatē dei que notat^o ibi. **In** laudē glorie gratie sue. **Et hoc** iterū est a quo cōmendat illud excellens beneficiū scz seruitium sibi conueniēs. **Causa** enim diuine p̄destinationis est voluntas mera dei. finis vero cognitio eius bonitatis. **Unde** notandū est qz dei voluntas nullo modo habet causam: sed est p̄ma causa omnium. **Nihilominus** tamē potest ei aliqua ratio assignari dupliciter scz. **Vel** ex parte volentis. r. sic quedam ratio diuine voluntatis est eius bonitas que est obiectum voluntatis diuine r. mouet eam. **Unde** ratio omnium eorum que deus vult est diuina bonitas. **puer. 16.** **Vniuersa** p̄pter semetipsum operatus est deus. **Ex** parte autem voliti ratio diuine voluntatis potest esse aliq̄ esse creatū: sicut dūz vult coronare petrum: qz legitime certauit. sed hoc non causa volendi: sed est causa qz ita fiat. **Sciendū** tamē est qz effectus sunt ratio voluntatis diuine ex parte voliti: ita scz qz effectus prior sit ratio volentis. sed tamē cum venitur ad primū esse eum nō potest ultra assignari aliqua ratio illius effectus nisi voluntas diuina: puta deus vult hominē habere manū vt seruiat rationi. r. hominē habere rationē. qz voluit eum eē hominē. r. hominē esse voluit p̄pter perfectionē vniuersi. **Et** quia hic est primus effectus in creatura non potest assignari aliqua ratio vniuersi ex parte creature: scz ex parte creatoris que est diuina voluntas. **Ergo** fm̄ hunc modum nec p̄destinationis potest ex parte creature ratio aliqua assignari. sed solum ex parte dei. **Nam** effectus p̄destinationis sunt duo: scz gratia r. gloria. **Effectū** autē qui ad gloriā ordinant potest quidē ex parte voliti assignari ratio scz gratia. puta petrum coronauit quia legitime certauit. r. hoc qz fuit firmatus in gratia. sed gratie que est primus effectus non potest aliqua ratio assignari ex parte hominis qz sit ratio p̄destinationis: quia hoc esset ponere qz principium boni operis sit in homine ex seipso r. non p̄ gratiam quod est heresis pelagiana que dicit p̄ncipiū boni operis esse ex parte nostra. **Sic** ergo patet qz ratio p̄destinationis est simplex dei voluntas. quod dicit apostolus fm̄ p̄positum voluntatis sue. **Qualiter** autem intelligat^o qz deus omnia facit r. vult p̄pter suam bonitatem. sciendū est qz aliqua operari p̄pter suam potest intelligi dupliciter. **Vel** p̄pter finem adipiscendum. sicut infirmus accipit medicinam p̄pter sanitatem. **Vel** p̄pter amorē finis diffundendi sicut medicus operatur p̄pter sanitatem alteri cōmunicandam. **Deus** autē nullo exteriori a se bono indiget. scdm̄ illud ps̄. **Bonorum** meorum non indiges. **Et** ideo cum dicit^o qz deus vult r. facit omnia p̄pter bonitatem suam: non intelligit^o qz faciat aliquid p̄pter bonitatem sibi cōmunicandam. sed p̄pter bonitatem in alios diffundendam. **Cōmunicat** autem diuina bonitas creature rationali p̄prie. vt ipsa rationalis creatura eam cognoscat. **Et** sic omnia que deus in creaturis rationalibus facit creat ad

Explanatio sancti Thome

laudem et gloria suam. *fm illud Esa. 43. Omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creavi eum. ut scz cognoscat bonitatem: et cognoscendo laudet eam. Et ideo subdit apostolus: In laudem glorie gratie sue. id est ut cognoscat quantum deus sit laudandus et glorificandus. Non dicit autem. in laudem iusticie. Nam iusticia ibi locum habet ubi intuenit debitum vel etiam redditur. qd autem predestinat ad vitam eternam non est debitum ut dictum est. sed gratia pure gratis data. Nec solum dicit glorie: sed addit gratie qm gloriose gratie que est gratia in qua ostendit magnitudo gratie que consistit etiam in magnitudine glorie et in modo dandi. quia nullis meritis precedentibus: sed adhuc immeritis existentibus eam dat. Unde Ro. 5. Comendat autem deus sua charitatem in nobis. quoniam si cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est etc. Et parum post qm inimici essemus reconciliati sumus deo. Patet qd qd p destinationis diuine nulla alia causa est nec esse potest sim plex dei voluntas. Et patet etiam qd diuine voluntatis p destinationis non est alia ratio qd diuina bonitas filijs committenda.*

Lectio secunda.

In qua gratificauit nos in dilecto filio suo in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum diuitias gratie eius. Dicit apostolus quartum beneficium presentis scz gratie. Circa quod facit duo. Primo tangit huiusmodi beneficij collationem. Secundo ostendit conferendi modum et conditionem ibi. In quo habemus redemptionem etc. Dicit ergo primo. Ego dico qd predestinati sumus in adoptionem filiorum in laudem glorie gratie sue. et dico gratiam in qua gratificauit nos etc. Circa quod sciendum est qd idem est aliquid esse gratum alicui et esse dilectum ei. Ille enim est mihi gratus quod diligo. Cum ergo deus dilexerit nos ab eterno nam elegit nos ante mundi constitutionem in charitate sicut dictum est. quomodo ergo in tempore gratificauit? Et dicendum est qd illos quos ab eterno in seipso dilexit in tempore: put sunt in naturis proprijs gratificat. et illud quidem quod ab eterno est factum non est. quod vero in tempore est fieri dicit. Unde dicit hic apostolus. Gratificauit id est gratos fecit qd sumus digni dilectione sua. i. Jo. 3. Videte qualem charitatem desiderat nobis deus pater: ut filij dei nominemur et sumus. Consuevit autem distingui duplex gratia: scz gratis data que sine meritis datur Ro. 11. Si autem gratia iam non est ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Et gratia gratum faciens que nos facit deo gratos et acceptos de qua dicit hic. Notandum est autem qd aliqui diliguntur propter alium: et alij propter seipso. Cum enim alij quem multum diligo: diligo illum et quicquid ad illum pertinet. nos autem a deo diligimur sed non propter nosipso. sed in eo qui per seipsum dilectus est patri. Et ideo apostolus addit. In dilecto filio pro quo scz nos diligit in quantum sumus ei similes. Dilectio enim fundat super similitudine. Unde dicit Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Filius autem est per naturam suam similis patri. Et ideo principaliter et per se dilectus est. et ideo naturaliter et excellentissimo modo est patri dilectus. Nos autem sumus filij per adoptionem in quantum scz sumus conformes filio eius. Et ideo quandam participationem diuini amoris habemus. Jo. 3. Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. qui credit in filium habet vitam eternam. Col. 1. Transiulit nos in regnum filij dilectionis sue. Et deinde cum dicit. In quo habemus redemptionem

nam etc. Poneit modum ipsius. Circa hoc autem duo facit. Quia primo proponit modum ex parte christi. Secundo ex parte dei ibi. Secundum diuitias gratie eius etc. Ex parte christi poneit duplicem modum. nam christus per duo nos gratificauit. Sunt enim duo in nobis que repugnant gratificationi diuine. scz peccati macula: et pene noxa. Et sic mors repugnat vite. peccatum autem repugnat iusticie: ita ut per hoc elongati a dei similitudine deo grati non essemus. Sed per christum nos gratificauit. Primo quidem ablata pena. et quantum ad hoc dicit qd in christo habemus redemptionem scz a seruitute peccati. i. Pe. 1. Non enim auro et argento redempti estis: sed precioso sanguine etc. apoc. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Secundo dicitur redempti: quia a seruitute in qua propter peccatum detinebamur: nec per nos plene satisfacere poteramus per christum liberati sumus: quod moriendo pro nobis satisfecit deo patri et sic abolita est noxa culpe. Unde dicit. In remissionem peccatorum. Jo. 1. Ecce agnus dei: ecce qui tollis peccata mundi. Luc. ultimo. Oportebat christum pati et resurgere a mortuis die tertia et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum. Modus autem ex parte dei poneit cum dicit. Secundum diuitias. etc. Quasi dicat qd deus gratificans nos non solum culpam remisit nobis: sed filium suum dedit qui pro nobis satisfecit. fuit ex superabundanti gratia quia voluit per hoc honorem humane nature conseruare: dum quasi per iusticiam homines a seruitute peccati et mortis voluit liberare per mortem filij sui. Et ideo dicit. Secundum diuitias gratie eius. Quasi dicat. Hoc qd redempti sumus et gratificati sumus per satisfacti onem filij eius fuit ex abundantia gratia et misericordia. pro ut immeritis tribuit misericordia et misericordiam. Nec autem que dicta sunt prosequi sumus fm expositionem glorie: que quidem expositio videtur extorta: quia idem continetur in vno quod in alio. Nam idem est dictum elegit nos: et predestinauit nos. Et idem dicit per hoc qd dicit. ut essemus sancti et immaculati. Et per hoc qd dicit in adoptionem filiorum. Propter quod sciendum est qd est coniectura apostoli ut cum loquitur in aliqua difficili materia que immediate sequuntur sunt premissorum expositio. nec est ibi inconculcatio verborum: sed expositio. et hunc modum seruauit hic apostolus. Unde seruato eodem verborum pondere aliter a principio diuidimus et dicimus qd pars ista. Benedictus deus etc. diuidit primo in tres partes. quia apud primo reddit gratiarum actionem ibi. Benedictus deus etc. Secundo recitat omnium beneficiorum simul largitionem ibi. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali etc. Tertio poneit diuino beneficiorum in specialij aptam expressionem ibi. Sicut elegit etc. Et hec diuidit in duas partes. quia primo beneficia distincte exprimit. Secundo ea exponit ibi. Qui predestinauit nos etc. Explicat autem beneficia primo quantum ad electionem. Secundo quantum ad ea que sequuntur ibi. Et essemus sancti etc. Exponit autem primo de electione. Est enim duplex electio. scz presentis iusticie Jo. 6. Nonne duodecim vos elegi et vnus ex vobis diabolus est. Et de hac apud non intendit hic. quia ista non fuit ante mundi constitutionem. et ideo statim manifestat de qua intelligit: quia scz de eterna predestinatione propter quod dicit. Predestinauit nos etc. Et quia dixit in christo scz ut christo essemus similes et conformes fm qd adoptamur in filios. ideo subdit. In adoptionem filiorum per Iesum christum. Hoc vero qd dixit. In charitate exponit cum dicit. In quibus habemus redemptionem per sanguinem eius. Quasi dicat. Nos habemus etc. Quod vero dicit. Et immaculati exponit cum dicit. In remissionem peccatorum. Hoc vero qd dicit. In conspectu eius. exponit deus: In laudem glorie gratie sue.

in epistolam ad Ephesios. I.

Lectio tertia.

Que superabundauit in nobis in omni sapientia et prudentia: ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis sue secundum beneplacitum eius quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in christo que in celis et que in terra sunt in ipso.

Postis beneficiis communiter omnibus collatis: hic apostolus ponit beneficia specialiter apostolis collata. **D**icit autem hec pars in duas. quia primo proponit beneficia singulariter apostolis collata. Secundo ostendit causam eorum. **I**n quo et nos forte vocati etc. Circa primum tria facit. quia primo proponit singularia apostolorum beneficia quantum ad excellentiam sapientie. Secundo quantum ad speciale reuelationem sacramenti absconditi. **I**bi. **E**t notum faceret etc. Tercio exponit quod sit illud sacramentum ibi. **S**ecundum beneplacitum etc. Dicit ergo primo. **D**ico quod secundum diuitias gratie eius omnes fideles communiter tam vos quam nos habemus redemptionem et remissionem peccatorum per sanguinem christi. que quidem gratia abundauit in nobis. id est abundantius fuit quam in alijs. **E**t quo apparet temeritas illorum ut non dicam error qui aliquos sanctos presumunt comparare apostolis in gratia et gloria. **M**anifeste enim patet ex verbis istis quod apostoli habent gratiam maiorem quam aliqui alij sancti post christum et virginem matrem. **S**i vero dicat alios sanctos tantum mereri posse christum et apostoli meruerunt et per consequens tantam gratiam habere. **D**icendum est quod bene argueret si gratia pro merito daretur quia si ita esset iam non esset gratia ut dicitur **Rom.** II. **E**t ideo sicut deus preordinauit aliquos sanctos ad maiorem dignitatem ita et abundantior gratiam eis infudit sicut christo homini: que ad unitatem persone assumpti contulit gratiam singularem. **E**t gloriosam virginem mariam quam in matrem elegit: et quantum ad animam et quantum ad corpus gratia impleuit. **E**t sic apostolos sicut ad singularem dignitatem vocauit: ita et singularis gratie privilegio dotauit propter quod dicit apostolus **Rom.** 8. **N**ostri primitijs spiritus habentes. **G**lo. **T**empore prius et ceteris abundantius. **T**emerarius est ergo aliqui sanctum apostolis comparare. **S**uperabundauit ergo gratia dei in apostolis in omni sapientia. **N**am apostoli prepositi sunt ecclesie sicut pastores. **I**ere. 3. **D**abo vobis pastores secundum cor meum et pascent vos scientia et doctrina. **D**uo autem spectant ad pastores. scilicet ut sint sublimes in cognitione diuinorum et industri in actione religionis. **N**am subditi instruendi sunt in fide et ad hoc necessaria est sapientia que est cognitio diuinorum et quantum ad hoc dicit. **I**n omni sapientia. **Luce.** 21. **E**go dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere nec contradicere omnes aduersarij vestri. **I**tem gubernadi sunt subditi in exterioribus et ad hoc necessaria est prudentia. **M**ath. 10. **E**stote ergo prudentes etc. **S**ic ergo apparet beneficium apostolorum quantum ad excellentiam sapientie. **S**equitur eorum beneficium quantum ad excellentiam reuelationis. **I**bi. **E**t notum faceret sacramentum etc. **Q**uasi dicat. **S**apientia nostra non est ut sciamus naturas rerum et syderum cursum et huiusmodi: sed in solo christo. **I.** **C**orinth. 2. **N**on enim iudicauit me scire aliquid inter vos nisi christum Iesum etc. **U**nde hic dicit. **E**t notum faceret sacramentum. id est sacrum secretum. scilicet mysterium incarnationis quod fuit ab initio absconditum. **C**ausam autem huius sacramenti absconditi subdit dicens. **S**ecundum beneplacitum. **N**am effectus futuri non cognoscunt nisi cognitio causis suis sicut eclipsis futuram non cognoscimus nisi cognoscendo causam eius.

Cum ergo causa mysterij incarnationis sit voluntas dei quia propter nimiam caritatem quam deus habuit ad homines voluit incarnari. **I**o. 3. **S**ic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret. **V**oluntas autem dei occultis sima est. **I.** **C**orinth. 2. **Q**ue dei sunt nemo nouit nisi spiritus dei. **C**ausa ergo incarnationis occulta fuit nisi quibus deus reuelauit per spiritum sanctum sicut apostolus dicit. **I.** **C**orinth. 2. **D**icit ergo ut notum faceret sacramentum. id est sacrum secretum quod ideo est secretum quia voluntas sue. **M**at. 11. **C**onfiteor tibi domine pater celi et terre quod abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea paruulis. **I**tem **col.** 1. **M**ysterium quod absconditum fuit a seculis et generationibus. nunc autem manifestatum est sanctis eius quibus voluit deus notas facere diuitias glorie sacramenti huius. **Q**uid autem sit hoc sacramentum exponit dicens: **S**ecundum beneplacitum etc. **Q**ue quidem sententia intricata est. et debet sic construi. **E**t notum faceret etc. **Q**uod quidem sacramentum est instaurare omnia in christo. **I.** per christum. **O**mnia dico que in celis et que in terris sunt. **I**nstaurare in christo in eo scilicet christo cum dispensatione plenitudinis temporum. et hoc secundum beneplacitum eius. **U**bi tria tangit. scilicet sacramenti causam. temporis congruitatem. et sacramenti utilitatem. **C**ausam quododdammodo tangit cum dicit. **S**ecundum beneplacitum. **L**icet autem quicquid deo placet bonum sit: hoc tamen beneplacitum dei antinomianice bonum dicitur. quia per ipsum ad perfectam fructificationem bonitatis perducimur. **ps.** **B**eneplacitum est domino super timentes eum **Rom.** 12. **E**t probetis que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. **C**ongruitas temporis fuit in dispensatione plenitudinis de qua dicit **Sal.** 4. **U**bi venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere. **U**nde apostolus hic excludit questionem frivolum quam gentiles querere consueverunt. ut enim dicit **Iob.** 24. **N**on omnia poterit non sunt abscondita tempora. **U**nde sicut omnia ordinata et dispensata: ita et tempora dispensando et accommodando ea effectibus quos producit secundum congruentiam eorum sicut autem alijs effectibus ab eo productis tempora ordinata sunt: ita et certum tempus preordinauit ab eterno mysterio incarnationis. quod quidem tempus secundum gloriam exstans fuit postquam homo conuictus fuit de sua insipientia ante legem scriptam. dum scilicet creaturas colebat ut creator. **U**nde dicit. **Ro.** 1. **D**icentes se esse sapientes stulti facti sunt. **E**t de potentia per legem scriptam quam implere non poterat ut sic homines aduentum christi de sua sapientia et virtute non presumentes non contemnerent: sed quasi infirmi et quoddammodo ignari ipsum quidius affectaret. **E**t effectus huius sacramenti est instaurare omnia. **N**am in quantum facta sunt propter hominem omnia restaurari dicunt. **Amos.** 9. **S**uscitabo tabernaculum dauid quod cecidit et reedificabo aperturas murorum eius. et ea que corruerant instaurabo. **O**mnia in quantum que in celis. id est angelos. non quod pro angelis mortuus sit christus: sed quia redimendo hominem reintegrat ruina angelorum. **ps.** **I**mplebit ruinas etc. **U**bi causa dicitur error originis ne per hoc credamus angelos deum natos redimendos esse per christum. ut ipse finxit. **E**t que in terris in quantum celestia terrenis pacificat. **col.** 1. **P**acificas per sanguinem crucis eius siue que in terris siue que in celis sunt. **Q**uod est intelligendum quantum ad sufficientiam. et si sola non restaurant quantum ad efficaciam.

Lectio quarta.

In quo etiam nos forte vocati sumus predestinati secundum propositum eius qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue: ut simus in laudem glorie eius nos qui ante sperauimus in christo.

Explanatio sancti Thome

Supra posuit apostolus abundantiam gratie quam ipse et alij apostoli a christo receperunt. ne autem crederet aliquis eos proprijs meritis eam recepisse: ideo consequenter ostendit quod gratia eam receperunt vocati a deo non proprijs meritis. **Diuidit autem pars ista in tres.** quia primo ponit gratuitam vocationem. **Secundo** voluntariam dei predestinationem. **ibi.** **Predestinati secundum propositum eius etc.** **Tercio** vtriusque finem **ibi.** **Et simus in laudem glorie eius etc.** **Dicit ergo.** **Dixi quod huiusmodi gratia superabundauit in nobis et quod in christo omnia restaurata sunt.** **In quo etiam.** id est per quem christum nos sorte sumus vocati. id est non nostris meritis sed diuina electione **Col. 1.** **Gratias agentes deo et patri qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine etc. ps.** **In manibus tuis fortes autem intellectu sciendum est quod multa sunt inter homines que sortuuta videntur et contingunt que tamen sunt secundum diuinam prouidentiam ordinata.** **Sors** nihil aliud est quam exquisitio prouidentie diuine de aliquo contingenti et humano. **Unde augustinus.** super illud ps. **In manibus tuis fortes mee dicitur quod sors non est aliquid malum sed in rebus duobus diuinam exquirens voluntatem.** **Est autem in sortibus triplex peccatum vitandum.** **Primum** quidem **superstitio.** nam omnis vana et illicita religio superstitio est. **Tunc ergo in sortibus incurrit peccatum illiciti superstitiois quoad in eis inest aliquod pactum cum demonibus.** **Unde dicitur.** **Ezech. 21.** **Stetit rex babilonis in biuio. in capite duarum viarum diuinationem querens commiscens sagittas ad sortilegium pertinet et interrogare ydola ad superstitioem.** **Et ibi sortilegium damnatur inter peccata ad superstitioem pertinentia.** **Secundo** vitandum est peccatum temeritatis dei. nam quoadiu per se homo aliquid potest facere et scire quid debeat facere. si tunc a deo sorte vel alio quo alio tali explorat quid facere debeat: deum temptat. **Quando autem necessitas inuinet neque ipse per seipsum inuari potest tunc licite a deo inquirat quid facere debeat.** **2 Paral. 20.** **Cum ignoremus quid agere debeamus: hoc solum habemus residuum ut oculos nostros dirigamus ad te.** **Tercio** vitandum est peccatum vanitatis: quod fit si de inutilibus et impertinentibus ad nos inquiramus: puta de futuris contingentibus. **Unde dicitur.** **Actu. 1.** **Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate.** **Potest ergo secundum hoc triplex sors accipi.** scilicet quedam diuinatoria. quedam consultoria. et quedam diuinatoria. **Diuinatoria** est cum aliqui diuidentes hereditatem et concordare non valentes mittunt sortes. puta anulum vel quartam vel aliquod tale dicentes: ille cuiusque euenerit habebit partem istam in hereditate. **Et huiusmodi sortes possunt mitti licite.** **Proverb. 18.** **Contradictioes comprimunt sortes et inter potentes quoque diiudicat. id est inter volentes diuidere.** **Consultoria** autem fit quando quis dubitans quod facere debeat consulit deum mittens sortes. **Ione. 1.** **dicitur.** **Quando superuenit tempestas illa in mari conuulserunt deum sorte mittentes. ut sciret cuius peccato tempestas illa venisset.** **Et hic modus licitus est maxime in necessitatibus et in electionibus potestatum secularium.** **Unde faciunt rotulos de cera in quorum quibusdam ponunt aliquas cartas et in quibusdam non. quos bussulos vocant. ut illi quibus veniunt bussoli cum cartis habeant voces in electione.** **Sed hoc ante aduentum spiritus sancti apostoli fecerunt etiam in electione spirituali.** **Actu. 1.** **quando sortes cecidit super marthiam. sed hoc post aduentum spiritus sancti amplius non licet in predictis electionibus. quia hoc faciendo iniuriarum spiritui sancto. **Tredendum est enim quod spiritus sanctus prouidet ecclesie sue de bonis partibus.** **Unde post aduentum spiritus sancti quando apostoli elegerunt septem dyas****

conos non miserunt sortes. **Et ideo in nulla electione ecclesiastica hoc modo licet.** **Diuinatoria autem sors est inquisitio de futuris solum diuine cognitioni reservatis.** **Et hec semper habet vanitatem admittam nec potest sine vicio curiositatis fieri.** **Quia ergo sors nihil aliud est quam inquisitio rerum que ex diuina voluntate sunt: gratia autem eius ex sola diuina voluntate dependet.** **Unde est quod gratia diuine electionis dicitur sors: quia deus per modum sortis sine occultis prouidentiam non ex alicuius meritis per gratiam internam vocat.** **Deinde cum dicitur.** **Predestinati etc.** ponit voluntariam dei predestinationem de qua dicitur **Ro. 8.** **Quos predestinavit hos et vocauit. Cuius quidem predestinationis ratio non sunt merita nostras: sed mera dei voluntas. propter quod subdit.** **Secundum propositum eius. Ro. 8.** **Scimus quoniam diligentibus deus omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti.** **Quare autem secundum propositum predestinauerit. probatur. quia non solum hoc sed etiam omnia alia que deus facit operatur secundum consilium voluntatis sue. ps.** **Omnia quecumque voluit dominus fecit.** **Isa. 46.** **Consilium meum stabit et omnis voluntas mea fiet.** **Non autem dicitur secundum voluntatem. ne credas quod sit irratio nabilis. sed secundum consilium id est secundum voluntatem suam que est ex ratione. non semper quod ratio imponat discursum sed secundum quod designat certam et deliberatam voluntatem.** **Ultimo autem tangit finem vtriusque. scilicet predestinationis et vocationis. scilicet laudem dei.** **Unde dicitur.** **Et simus in laudem glorie eius nos qui ante sperauimus in christo et per nos que credimus in christo laudem gloria dei.** **Isa. 45.** **Montes et colles cantabunt coram vobis laudem. Rayis autem glorie dei ut dicitur Ambrosius. est cum multi acquirunt ad fidem. sicut gloria medici est cum multos acquirat et curat.** **Ecl. 2.** **Qui timetis dominum sperate in illis et in oblectatione veniet vobis misericordia.**

Lectio quinta.

In quo et vos cum audiuissetis verbum veritatis euangeliorum salutis vestre in quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hereditatis nostre in redemptionem acquisitionis in laudem glorie ipsius.

Postquam enarrauit apostolus beneficia collata communiter omnibus fidelibus et exhibita specialiter apostolis: hic autem enumerat beneficia ipsi ephesensibus collata. **Diuidit autem pars ista in duas:** quia primo ponit beneficia eis exhibita. **Secundo** insinuat affectum suum ex ipsis beneficiis excitatum **ibi.** **Propterea et ego audiens etc.** **Prima** iterum in tres diuidit secundum tria beneficia eis exhibita. quia primo ponit beneficium predicationis. **Secundo** beneficium conuersionis ad fidem **ibi.** **In quo et credentes signati estis etc.** **Tercio** beneficium iustificationis. **ibi.** **Signati estis etc.** **Dicit ergo quantum ad primum.** **In quo scilicet christo et vos cum audiuissetis. id est cuius beneficio et virtute audiuissetis verbum predicationis in quantum ipse christus ad vos predicatorum misit **Rom. 10.** **Quomodo audiet sine predicatore. quomodo vero predicabit nisi mittant.** **Item eodem in fra.** **Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum dei.** **Suis ergo beneficio audiunt qui predicatorum eis mittit.** **Luce. 11.** **Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud.** **Hoc verbum predicationis tripliciter commendat apostolus. Primo** a veritate cum dicit. **Verbum veritatis.** **Quippe quia accipit originem a christo. de quo dicitur **Iohannis. 17.** **Sermo tuus veritas est.** **Iacobi. 1.** **Voluntarie genuit nos verbo veritatis sue. Secundo******

in epistolam ad Ephesios I

quia est annūciatio bona. Unde dicit. Euangeliū quod quidem annūciat summū bonū et vitam eternā. et antio nomasice verbū fidei euangeliū dicit. quasi annūciatio summi boni. *Esa. 52.* Quā pulchri pedes annūciantis et predicantis pacem annūciantis bonū predicantis salutem. *Eccl. 41.* Super montē excelsum ascende tu qui euangelizas syon. Et hoc est opus ad futura bona. Tertio describitur quantū ad bona presentia quia saluat. *En. de dicit.* Salutis vestre. id est quod creditū dat salutē. *Rom. 1.* Non enim erubescō euangeliū. virtus enim dei est in salutē omni credenti. *1. corinth. 15.* Potū autem vobis facio fratres euangeliū quod predicavi vobis quod et accepistis in quo et statis per quod et saluamini. *Quā* tum autē ad beneficiū conuersionis ad fidem dicit. In quo scis xpo. id est in cuius operatiōe vos credentes signati estis. Quod quidē beneficiū ideo ponit fidei quia fides necessaria est audientibus. Frustra enim quis audiret verbum veritatis si nō crederet. Et ipm credere est per xpm. infra secūdo. Gratia enim saluati estis per fidem. Et hoc nō ex vobis donū enim dei est. *Quantū* vero ad beneficiū iustificatiōis dicit. Signati estis. Et hoc per spiritū sanctū qui datus est vobis de quo dicit tria scz q est signū. et q est spūs pmissionis. et q est pignus hereditatis. Signū quidē est inquantū per eum infundit caritas in cordibus nostris: qua distinguimur ab his qui nō sunt filij dei. et quantū ad hoc dicit. Signati estis. id est diuisi a grege dyaboli. *Infra. 4.* Nolite cōstruere spiritū sanctū dei in quo signati estis etc. Sicut enim homines gregibus suis apponūt signa ut ab alijs distinguant ita dñs gregem suū. id est populū spirituali signo voluit signari. Dñs autem populū peculiarem habuit in veteri quidē testamento iudeos. *Eccl. 34.* Vos autē greges mei greges pascue mee homines estis. Unde ps. Nos autem populū eius et oves pascue eius. Sed qz hic grex in pascuis cōpōralibus pascēbat. scz in doctrina corporali et in bonis temporalibz. *Esa. 1.* Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis. ideo eū dominus corporali signo scz circūcisionis ab alijs separauit et distinguit. *Scn. 17.* Eritq pactum meū in carne vestra. Prius autē dicit. Circūcideris carnē prepucij vestri ut sit signū fedoris inter me et vos. In nouo autē testamento greges habuit populū christiānū. *1. petri. 2.* Conuersi estis nunc ad pastore et episcopū animarū vestrarū. *Job. 10.* Oves mee vocē meam audiet etc. Sed grex iste pascit in pascuis spiritualibus bonis. ideo eū signo spirituali ab alijs dñs distinguit: hoc autē est spiritus sanctus per quē illi qui xpi sunt distinguuntur ab alijs qui nō sunt eius. nūc autē spiritus sanctus amor est. ergo tūc spiritus sanctus datur alicui quando efficitur amor dei et proximi. *Rom. 5.* Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū etc. Signū ergo distinctiōis est caritas que est a spiritu sancto. *Jo. 13.* In hoc cognoscēt omnes quia mei discipuli estis si dilectionē habueritis ad inuicē. Spiritus ergo sanctus est quo signamur. Spiritus vero pmissionis dicitur duplici ratiōe. Primo quia pmissus est fidelibus. *Eccl. 36.* Spiritū nouū ponam in medio vestri. *Et ezechiel. 37.* Dabo vobis spiritū nouū. Secūdo quia dat cum quadā pmissione. ex hoc enim ipso q datur nobis efficitur filij dei. Nam per spiritū sanctū efficitur vñū cum xpo. *Rom. 8.* Si quis autē spiritū dei nō habet hic non est eius. et per sequeus efficitur filij dei adoptiui ex quo habemus pmissionē hereditatis eterne quia si filij et heredes. *Rom. 8.* Tertio dicitur pignus inquantū facit certitudinē de pmissa hereditate. Nam spiritus sanctus inquantū adoptat in filios dei est spiritus pmissionis: et ipemet est signum pmissionis

adipiscende. Sed ut dicit in glo. Alia littera habet que est arra hereditatis. et forte melius quia pignus est aliud a re pro qua dat et redditur post qz ille qui pignus recepit rem sibi debitā habet. Arra autē non est aliud a re pro qua datur nec redditur quia datur de ipso precio quod nō est auferendū sed complendū. Deus autē dedit nobis caritatē tanq pignus per spiritū sanctū qui est spiritus veritatis et dilectionis. Et ideo huiusmodi nō est aliud q quedā particularis et imperfecta participatio diuine caritatis et dilectiōis. Que quidem non est auferenda sed perficiēda. ideo magis proprie dicit arra q pignus. tamē potest nihilominus et pignus dici. Nam per spiritū sanctū deus nobis diuersa dona largit. quorum quedam manent in patria ut caritas que nunq excidit. *1. corinth. 13.* Quedā vero propter sui imperfectionē non manent sicut fides et spes que euacuabuntur ut ibidem dicitur. Sic ergo spiritus sanctus dicitur arra per respectum ad ea que manent: pignus vero per respectum ad ea que euacuabuntur. Ad quid autem signati simus subdit dicens: In redemptionē. Nam si aliquis de nouo aliqua animalia acquireret et adderet gregi suo imponeret eis signa acquisitiōis illius. xpus autem acquisiuit populū ex gentibus. *Job. 10.* Alias oves habeo que nō sunt ex hoc ouili et illas oportet me adducere etc. Et ideo impletur eis signū acquisitiōis. *1. petri. 2.* Sens sancta populus acquisitiōis. *Act. 20.* Quā acquisiuit sanguine suo Sed quia xpus acquisiuit populū istū non sic q nunq fuerit suus: sed quia aliquādo fuerat suus et opprimebatur a seruitute dyaboli in quā peccando se redēgit. ideo non dicit simpliciter acquisiuit. sed addit in redemptionē. Quasi dicat. Non simpliciter de nouo acquisiuit sed quasi a seruitute dyaboli per sanguinē eius redempti. *1. petri. 1.* Non corruptilibus auro et argento redempti estis etc. Acquisiuit ergo xpus nos redimēdo non q accrescat inde aliquid deo quia bonorū nostrorū non indiget. *Job. 35.* Si iuste egeris quid donabis ei: aut quid de manu tua recipiet? Ad quid autem acquisiuit nos xpus subdit. In laudem glorie ipsius. id est ut ipse deus laudet. *Esaie. 43.* Qui inuocat nomen meū in gloriā meam creauit eum.

Lectio sexta.

Propterea et ego audiens fidem vestram que est in xpo iesu: et dilectionem in omnes sanctos: nō cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis: ut deus domini nostri iesu xpi pater glorie det vobis spiritum sapientie et reuelatiōis in agnitione eius. illuminatos oculos cordis vestri: ut sciatis que sit spes vocatiōis eius et que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis et que sit superueniens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus.

Postq enumerauit apostolus beneficia ephesijs collata per xpm: hic ostendit quomō affectus suus creuit ad eos. Dicit autē hec pars in tres partes. quia primo premitur bonorū que audire et eis commemoratio. Secūdo de perceptis beneficijs gratiarum debita actio. ibi. Non cesso gratias agens etc. Tertio subditur pro futuris beneficijs eius oratio ibi. Memoriam vestri faciens etc. Bona autem que de eis audiuit sunt duo. Prū quo ordinant ad deū: et hoc est fides. et quantū ad hoc dicit.

Explanatio sancti Thome

Et propterea: Et ego audiens fidem vestram que est in xpo iesu. que quidem facit habitare deum in homine infra tercio. Habitare xpm per fidem in cordibus vestris. Item corda purificat. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Item sine lege iustificat Rom. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Secundum quo ordinatur ad proximum et hoc est dilectio. et quantum ad hoc dicitur dilectionem. id est opera caritatis. que quidem dilectio est spirituale signum quod homo sit discipulus xpi. Job. 13. In hoc cognoscet omnes quia mei estis discipuli si dilectionem etc. Et ibidem. Mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem etc. Dilectionem dico in omnes sanctos. Nam omnes quos ex caritate diligimus debemus eos diligere: vel ideo quia sancti sunt. vel ut sancti sint. Mala. ultimo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei etc. Deinde cum dicitur. Non cesso etc. agit apostolus gratias de bonis et beneficiis huiusmodi auditis dicens: Non cesso gratias agens etc. Contra quia non semper poterat continue pro eis gratias agere. Respondet apostolus dicit non cesso. id est horis debitis. vel non cesso quia affectus gratias agendi pro vobis sine cessatione habitualiter est in me. Col. 1. Non cessamus pro vobis orantes et postulantes etc. Rom. 1. Sine intermissione memoria vestri facio semper in orationibus meis. Consequenter orat apostolus pro beneficiis eis in futurum concedendis et quantum ad hoc dicit. Memoria vestri etc. Et hec diuidit in tres. quia primo proponit quedam que eis petit. Secundo exponit ea ibi. In agnitione eius etc. Tercio ostendit exemplar et formam illorum. ibi. Secundum operationem potentie etc. Dicit ergo quantum ad primum. Non solum gratias ago quantum ad beneficia preterita que recepistis. et quantum ad bona audita de vobis. sed etiam oro ut omnino in futurum accrescant. memoria vestri faciens in orationibus meis. per hunc. scilicet ut deus dominus noster iesus xpi pater glorie etc. Qui cum sit splendor glorie etc. Est etiam gloria nostra quia ipse est vita eterna. 2. Jo. ultimo. Sumus in vero filio eius: hic est verus deus et vita eterna. Sic ergo dicit ut deus dominus noster iesus xpi secundum quod est homo et pater glorie. xpi qui est gloria eius. Propter. 23. Gloria patris filius sapiens etc. Et glorie nostre in quantum dat omnibus gloriam. Deinde cum dicit. Deo vobis etc. ponit ea que petit que sunt duo. Vbi sciendum est quod quedam sunt dona communia omnibus sanctis. scilicet illa que sunt necessaria ad salutem. ut fides spes caritas. et hec habebat ut iam patet. Alia autem sunt dona specialia et quantum ad hoc pro eis orat. primo quidem pro dono sapientie. et quantum ad hoc dicit. Et det vobis spiritum sapientie quem nullus potest dare nisi deus. Sapi. 9. Sensum autem tuum quis sciet nisi tu dederis sapientiam et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis. Secundo orat pro dono intellectus. et hoc consistit in reuelatione spiritualium secretorum propter quod dicit. Et reuelationis que etiam a solo deo est. Daniel. 2. Est deus in celis reuelans mysteria. Exponit autem que sunt ista que petit. et primo quod pertinet ad donum sapientie. Secundo quod pertinet ad donum intellectus ibi. Et sciatis que sit spes etc. Ad donum autem sapientie pertinet cognitio diuinorum. Unde petere donum sapientie est petere quod habeat cognitionem dei. Et hoc petit ibi. In agnitione dei etc. Quasi dicat. Hoc peto ut per spiritum sapientie habeatis illuminatos oculos cordis vestri in

agnitione dei. scilicet clarior eius. scilicet dei. Illumina oculos meos etc. Hoc est contra eos qui habent oculos illuminatos tantum ad temporalia cognoscenda cum magis tamen sit necessarium et etiam gloriosum cognoscere deum. Iere. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua et non gloriatur diuites in diuitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur scire et nosce me. Ad donum autem intellectus tria pertinentia ponit. Unum quantum ad statum presentem. et duo quantum ad futurum. Ad statum vero presentem pertinet spes que est necessaria ad salutem. Rom. 8. Spe enim salui facti sumus etc. et quantum ad hoc dicit. Et sciatis que. id est quanta sit spes vocacionis eius. id est virtus spei. et de quanta re sit. Que quidem et maxima est quia de maximis. 1. petri. 1. Reges nerant nos in spem vitam per resurrectionem iesu xpi ex mortuis etc. Et maxima virtutum. Heb. 6. Fortissimum solatium habemus qui confidimus ad tenendam propositam spem quam sicut anchoram habemus anime etc. Sed quia ea que speramus sunt de futura vita. ideo alia duo pertinent ad vitam futuram. vnum quidem pertinet ad omnes iustos communiter quod est premium essentiale. Et quantum ad hoc dicit. Et que diuitie glorie etc. Vbi ponit quantum ad illa dona pertinentia. Primum est quod sunt copiosissima. et quantum ad hoc dicit. Diuitie. Proverb. 1. Abundantia profertur terrore malorum sublato. Ps. Gloria et diuitie in domo eius etc. Proverb. 8. Decem sunt diuitie et gloria etc. Secundo quod sunt clarissima. Et quantum ad hoc dicit. Glorie. Rom. 2. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum etc. Tercio quod sunt stabilissima et quantum ad hoc dicit. Hereditatis. Ea enim que hereditaria sunt stabilius possident. Eccl. 3. Stabilia sunt bona illius in domo. Ps. Dominus pars hereditatis mee et calicis etc. Quarto quod erunt intima. Et quantum ad hoc dicit. In sanctis. Rom. 8. Non sunt condigne passionibus huius temporis etc. 2. corinth. 4. Supra modum in sublimitate glorie potius operamur in nobis. Aliud quod ponit pertinet ad futuram gloriam est quod specialiter pertinet ad apostolos. Unde dicit. Et que sit supple. sciatis supereminens magnitudo virtutis eius scilicet in bonis. Quasi dicat. Licet omnibus sanctis abundanter diuitias glorie tribuat: supereminens tamen tribuat apostolis. Magnitudo enim virtutis ostendit in effectu. Unde quanto magis effectus virtutis diuine in aliquo inuenit. tanto ibi virtus diuina maior ostendit: licet in seipsa sit vna et indiuisa. Et ideo quia maior effectus virtutis diuine est in apostolis. ideo magnitudo virtutis erit in eis. Et quod maior sit in eis effectus ostendit videtur subdens. Qui credidimus id est qui sumus primitie credentium. 2. corinth. 4. Nos credidimus propter quod et loquimur scientes quod ille qui suscitauit iesum et nos cum iesu suscitabit. propter quod dicebat. 2. thimo. 1. Scio cui credidi et certus sum etc. Ideo illi inter vos per quos alij instructi sunt et vocati ad fidem. sicut doctores presentius premiabunt. quia ut dicitur in glo. quoddam incrementum glorie habebunt summi doctores ultra illud quod communiter omnes habebunt. propter quod Danie. 12. vos cito assumulant splendorem firmiter. sed doctores assumulant stellas. Qui autem docti fuerint quasi splendor firmamenti. et qui ad iustitiam erudierint multos quasi stelle in perpetuas eternitates.

Lectio septima.

Secundum operationem potentie virtutis eius quod operatus est in christo suscitans illum a mortuis et constituens ad dexteram suam in celestibus super omnem principatum et potestatem et virtutes

in epistolam ad Ephesios. I.

et dominatione et omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro.

Enumeratis beneficiis que apostolus conferenda optat ephesijs in futurum: hic consequenter ponit formam et exemplar. Sicut autem vita christi est forma et exemplar iusticie nostre: ita et gloria et exaltatio christi est forma et exemplar glorie et exaltationis nostre. Ideo hic apostolus duo facit quia primo proponit formam exaltationis beneficii et donorum in generali. Secundo manifestat eam in speciali. Ibi. Suscitans illum a mortuis etc. Forma autem et exemplar operationis diuine in nos est operatio diuina in christo. Et quantum ad hoc dicit. Secundum operationem. id est ad similitudinem operationis potentie virtutis eius. id est virtuosae potentie dei qua operatus est in christo exaltans caput illud. super plebem ita virtuosae operabitur nobis. **Phil. 3.** Saluatores expectamus dominum nostrum iesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre etc. Nos autem exaltari ad similitudinem exaltationis christi frequenter legimus in scriptura. **Rom. 8.** Si copatiuntur et glorificemur. Item **Apoc. 3.** Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut et ego vici et sedi cum patre meo in throno eius. Consequenter explicat formam et exemplar in speciali: manifestans ea que pertinent ad exaltationem christi. loquendo de christo in quantum est homo dicens: Suscitans illum etc. Circa quod tria beneficia ponit exaltationis christi. Primum est transitus de morte ad vitam. et quantum ad hoc dicit. Suscitans illum a mortuis. Secundum est exaltatio ad gloriam altissimam. et quantum ad hoc dicit. Constituens illum ad dexteram suam. Tercium est sublimatio ad potentiam maximam. et quantum ad hoc dicit. Et omnia subiecit sub pedibus eius. Dicit ergo quantum ad primum. dico hoc erit secundum operationem que operatus est in christo. scilicet deus per eadem virtute quam habet cum christo. Unde et ipse christus seipsum resuscitauit et deus per eum resuscitauit. **Ro. 8.** Si spiritus eius qui resuscitauit iesum a mortuis habitat in vobis: qui resuscitauit iesum a mortuis viuificabit et mortalia corpora vestra. Quantum vero ad secundum dicit. Constituens illum etc. Que quidem celsitudo glorie potest tripliciter considerari. scilicet per comparationem ad deum. per comparationem ad corporales creaturas. et per comparationem ad creaturas spirituales. Si ergo consideret per comparationem ad deum. sic constitutus est ad dexteram suam. que quidem dexteram non est intelligenda pars corporalis. quia ut dicit **Job. 4.** Spiritus est deus. sed metaphorice dicitur: ut sicut per dexteram intelligitur nobilitas et virtuosior pars hominis: ita cum dicimus christum iesum constitutum ad dexteram dei intelligat secundum humanitatem constitutus in potentioribus bonis patris. et secundum diuinitatem intelligat equalis patri. Unde **ps.** Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis etc. Item **marci vlti.** Et dominus quidem iesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet ad dexteram dei. In comparatione vero ad corporales creaturas dicitur in celestibus. Nam corpora celestia tenent supremum locum in comparatione ad alia corpora. infra quarto. Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos. In comparatione vero ad spirituales creaturas. Primum specialiter. Secundo quantum ad omnia communiter. Ibi. Et super omne nomen etc. **Ab** hoc autem intelligentiam sciendum est quod noue sunt ordines angelorum: quorum quatuor apostolus tangit hic. qui quidem sunt medij. Nam supra eos sunt tres superiores scilicet throni cherubin et seraphin. Sub eis autem sunt duo inferiores scilicet archangeli et angeli. Qui quidem noue ordines distinguuntur in tres hierarchias. id est sacros principatus. In quibus qualibet assignantur tres ordines. sed in assignatione ordinum hierarchie prime conueniunt omnes doctores in hoc scilicet quod supremus ordo ipsius sit seraphin. secundus cherubin. tertius throni. In assignatione vero ordinum aliarum duarum hierarchiarum scilicet medie et infime discordat dyonysius et gregorius. Nam dyonysius in supremo ordine medie hierarchie ponit dominationes. In secundo virtutes. In tercio potestates descendendo. In supremo vero ordine infime hierarchie posuit principatus. In secundo archangelos. In tercio angelos. Et hec assignatio ordinum concordat littere presenti. Nam apostolus ascendendo incipit a supremo infime hierarchie: qui est septimus. Gregorius autem aliter ordinat. quia ponit principatus in medio dominationum et potestatum quod pertinet ad secundum ordinem medie hierarchie. virtutes vero ponit in medio potestatum et archangelorum quod pertinet ad supremum ordinem infime hierarchie. Et hec assignatio etiam fulcimentum habet ex verbis apostoli. **Col. 3.** vbi dicit. Sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates. vbi illos ordines enumerat descendendo. Sed reseruata ordinatio gregozij vsique legamus epistolam ad col. ad presens via dyonysij magis competentem presenti littere persequemur. Ad cuius intellectum sciendum est quod potestates considerari tripliciter ordo rerum. Primo quidem secundum quod sunt in prima omnium causarum scilicet in deo. Secundo vero secundum quod sunt in causis vniuersalibus. Tercio secundum determinationem ad speciales effectus et quia omnia que sunt in creaturis ministrant per angelos. ideo secundum triplicem acceptionem ordinis rerum distinguuntur tres angelice hierarchie: ad quarum unam pertinet accipere rationes rerum in ipso rerum vertice scilicet deo. ad aliam vero pertinet accipere rationes rerum in causis vniuersalibus. ad aliam vero in proprijs effectibus. Nam quanto mentes angelice sunt superiores: tanto diuina illuminatio in maior vniuersalitate recipiunt. Et ideo ad supremam hierarchiam pertinet administratio rerum in comparatione ad deum. Propter quod ordines hierarchie istius designantur per comparationem ad deum. quia seraphin dicitur ardentes et vniti deo per amorem. Cherubin vero quasi lucetes in quantum supereminenter diuina secreta cognoscunt. Throni vero in quantum in eis deus sua iudicia exercet. De istis tribus ordinibus nulla facit hic apostolus mentionem. Ad media hierarchiam pertinet rerum administratio per comparationem ad causas vniuersales. vnde designantur ordines hierarchie illius nominibus ad potestatem pertinentibus cum cause vniuersales sint virtute et potestate in inferioribus et particularibus. Ad potestates autem que habent vniuersale regimen tria pertinent. Primo quod sit aliquis per imperium dirigens. Secundo quod sint aliqui qui impedimenta executionis repellant. Tercio quod sint aliqui qui ordinem qualiter alij imperium exequant. Nostrum autem primum pertinet ad dominationes que ut dicit dyonysius sunt libere ab omni subiectione nec ad exteriora mittunt. sed eis qui mittunt imperant. Secundus vero pertinet ad virtutes que prebent facultatem ad imperium implendum. Tercium vero pertinet ad potestates imperium exequentes. Ad infimam autem hierarchiam pertinet administratio rerum in comparatione ad speciales effectus. vnde de nominibus ad eas pertinentibus nuncupantur. Unde angeli dicuntur illi qui exequentur ea que pertinent ad salutem singulorum. Archangeli vero qui exequentur ea que pertinent ad salutem et vtilitatem magnorum. Principatus vero dicuntur illi qui presunt singulis prouincijs. His ergo expositis christus super omnes est. De his vero quatuor apostolus speciale mentionem facit. Cuius ratio est: quod hoc quatuor ordinum nomina a dignitate imponunt. et quia agit de dignitate christi. ideo hic specialiter eos nominat ut ostendat christum omnium dignitate creatam excedere.

Explanatio sancti Thome

Consequenter cum dicit. Et omne nomen quod nominatur etc. ostendit christum exaltatum esse communiter supra omnem creaturam spirituales. dixerat enim supra christum esse exaltatum super omnes creaturas spirituales que a potestate de nominantur. Sed quia preter illos angelorum ordines in sacra scriptura quidam alij ordines celestium spirituum inueniuntur. scilicet seraphim. *Isaie. 6.* et cherubin. *Ezech. 10. et 11. et 41. et throni. in ps.* Et de istis non fecerat mentionem. ideo ostendit christum finem quod homo supra omnes butusmodi ordines esse exaltatum. propter quod subiugit dicens. Et super omne nomen etc. id est non solum super principatus sed super omne nominabile. **S**ciendum est enim quod nomen imponitur ad cognoscendum rem. unde et significat rei substantiam cum significatum nominis sit distinctiva ratio rei. Cum ergo dicit. Et omne nomen quod nominatur dat intelligere quod exaltatur est supra omnem substantiam de qua potest haberi noticia et nomine comprehendendi. **Q**uo dico ut excludat substantiam diuinitatis que incomprehensibilis est. Unde glo. dicit. **S**upra omne nomen. id est nominabile. Et ne intelligat quod sit supra nomen dei. ideo subdit. Quod nominatur. **M**aximas diuina nullo modo concludit vel nominari potest. **A**d dicit autem non solum in hoc seculo sed etiam in futuro. quod multa sunt in hoc seculo que noticia comprehendimus et nominamus. quedam tamen sunt in futuro seculo que hic comprehendendi non possunt: nec etiam nominari: quia ut dicit. *1. corinth. 13.* **E**x parte cognoscimus et ex parte prophetamus. **N**ominantur tamen hec a beatis que sunt in futuro seculo. **H**uiusmodi autem sunt de quibus dicit apostolus. *2. corinth. 12.* quod audiuit audiuit archana verba que non licet hominibus loqui. Et tamen super hec omnia exaltatus est christus. **Psalm. 2.** Dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Lectio octaua.

Et omnia subiecit sub pedibus eius: et ipsum dedit caput supra omnes ecclesiam qui est corpus ipsius et plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet.

Supra egit apostolus de exaltatione christi et quantum ad eius transitum de morte ad vitam in illa particula. **S**ufficit illi etc. et de eius exaltatione ad gloriam altissimam. in illa particula. **E**t constituens ad dexteram etc. hic agit de eius exaltatione quantum ad potestatem maximam. **C**irca quod duo facit. quod primo agit de christi potestate respectu totius creature. **S**ecundo de eius potestate respectu ecclesie. **I**bi. Et ipsum dedit etc. **D**icit ergo quod respectu totius creature habet vniuersalem potestatem quia omnia subiecit. scilicet deus pater sub pedibus eius. **U**bi sciendum est quod hoc quod dicit. **S**ub pedibus. potest accipi dupliciter. **U**no modo ut sit locutio figuratiua et similitudinaria. ut scilicet per hoc dicitur intelligi quod omnis creatura totaliter est subiecta potestati christi. **I**llud enim est a nobis omnino subiectum quod pedibus conculcamus. **E**t de ista potestate dicit **Matth. vlti.** **D**ata est mihi omnis potestas in celo et in terra. **Heb. 2.** **I**n eo enim quod et omnia subieciuntur nihil dimisit non subiectum ei **I**llo modo ut sit locutio metaphorica. **M**ax per pedes intelligit infima pars corporis. per caput vero supremam rationem partis. tamen diuinitas que est supremum in christo intelligit per caput. *1. corinth. 11.* **C**aput vero christi deus. humanitas vero que infima est intelligit per pedes **Psalm.** **A**dorabimus in loco ubi steterunt pedes eius **E**t ergo sensus quod omnia creata non solum subiecit pater christo in quantum est deus cui ab eterno omnia sunt subiecta sed etiam humanitati eius. **A**duertendum est autem hic quod christo subieciunt aliqua dupliciter. quia quedam voluntarie et quedam inuoluntarie. **H**oc autem origenes non intelligens sumpsit ex hoc verbo

apostoli occasionem erroris dicens. quod omnia que subieciuntur christo participat salutem quia ipse est vera salus. **E**t ideo dicit quod omnes demones et dantur aliquando saluabuntur ut subieciuntur sub pedibus christi. hoc autem est contra sententiam domini. **Matth. 25.** **D**iscedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. et concludit in fine capituli. **I**bi hi in supplicium eternum. **D**icendum est ergo quod omnia subiecit sub pedibus eius. sed quedam voluntarie tanquam saluator: puta iustos qui in vita presentis impleant voluntatem dei. et isti subieciuntur ei ut impleat eorum desiderium et voluntatem expectantes illud quod dicit de bonis **Prover. 10.** **D**esiderium suum iustus dabit. **Q**uedam vero subieciuntur ei inuite tanquam iudici ut christus de his sua voluntatem faciat. **E**t isti sunt mali de quibus potest intelligi illud **Luce. 19.** **V**eritamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se. adducite huc et interficite coram me. **D**einde cum dicit **E**t ipsum dedit caput etc. agit de potestate christi respectu ecclesie. **C**irca quod tria facit. quod primo ponit habitudinem christi ad ecclesiam. **S**ecundo habitum diuine ecclesie ad christum. **T**ercio exponit illas habitudines. **Q**uantum ad primum dicit. **E**t ipsum dedit deus pater caput super omnem ecclesiam scilicet tam militarem que est hominum in presenti uiuentium quam triumphantem que est ex hominibus et angelis in patria. christus enim finem quasdam communes rationes caput est etiam angelorum. **Col. 2.** **Q**ui est caput omnium principatus et potestatis. sed finem speciales rationes est christus caput hominum spiritualiter. **N**am caput triplicem habitudinem habet ad membra. **P**rimo quidem quo ad preeminentiam in situ. **S**ecundo quo ad diffusionem virtutum quia ab eo omnes sensus deriuantur in membra. **I**tem quo ad conformitatem in natura. **S**ic ergo quantum ad preeminentiam et quantum ad diffusionem christus est caput angelorum. **M**ax christus preest angelis etiam finem humanitatem. **Heb. 1.** **T**anto melior angelis effectus quanto pre illis differentius non men hereditauit. **I**tem christus etiam finem quod homo angelos illuminat et in eis inluit ut dyonysius. **p**bat ex verbis **Isaie 63. scilicet.** **Q**uis est iste qui venit de edo etc. dicens hec verba esse supremorum angelorum. **Q**uod autem sequitur. **E**go qui loquor iustitiam. dicit esse verba christi eis immediate respondentis. **E**t quo datur intelligi quod non solum inferiores sed etiam superiores angelos christus illuminat. **Q**uantum autem ad nature conformitatem christus non est caput angelorum quia non angelos apprehendit sed semen abrae. ut dicit **Heb. 1.** **S**ed est caput hominum tantum. **Canti. 4.** **V**ulnerasti cor meum soror mea. scilicet per naturam et sponsa per gratiam. **Q**uantum ad habitudinem ecclesie ad christum dicit. **Q**ue est corpus eius. scilicet in quantum est ei subiecta et recipit ab eo influentiam et habet naturam conformem cum christo. *1. corinth. 12.* **S**icut enim corpus unum est et habet multa membra: omnia autem membra corporis cum sint multa unum corpus sunt: ita et christus. ut enim in uno spiritu omnes nos unum corpus baptizati sumus. **E**xponit autem quod dicit que est corpus ipsius subdens. **E**t plenitudo eius etc. **Q**ueritur enim cur in corpore naturali singulorum membra. scilicet manus pedes os et huiusmodi. respondet hoc esse ideo ut deseruiat diuersis operatiombus anime. quarum ipsa potest esse causa et principium et que sunt virtute in ipsa. **N**am corpus est factum propter animam et non e converso. **U**nde finem hoc corpus naturale est quedam plenitudo anime. nisi enim essent membra cum corpore completa non posset anima suas operas plene exercere. **S**imiliter itaque est hoc de christo et de ecclesia. **E**t quia ecclesia est instituta. propter christum dicitur quod ecclesia est plenitudo eius scilicet christi. id est ut omnia que virtute sunt in christo quasi quoddammodo membris ipsius ecclesie impleantur: dicitur scilicet omnes sensus spirituales et dona et quicquid potest esse in ecclesia que omnia superabundanter sunt

in epistolam ad Ephesios II

in christo ab ipso deriuentur in membra ecclesie et perficiantur in eis. Unde subdit. Qui omnia in omnibus adimpletur scilicet dum hunc quidem qui est membrum ecclesie facit sapienter secundum perfectam sapientiam que est in ipso. illi uero iustus secundum perfectam iusticiam et sic de alijs.

Capitulū secundū.

Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis uestris in quibus aliquando ambulastis secundum principem potestatis aeris huius: spiritus qui nunc operatur in filios dissidentie: in quibus et nos aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostre facientes uoluntatem carnis et cogitationū: et eram⁹ natura filij ire sicut ceteri. Supra enumerauit apostolus beneficia humano generi per christum communiter exhibita: hic apostolus commemorat eadem per comparationē ad eorum statū preteritū. Statū autē eorum preteritū dupliciter considerari potest. Primo quidem quantum ad statum culpe. Secundo quantum ad statū gentilitatis eorum. Apostolus ergo duo facit. quia primo commemorat beneficia quantum ad primum statū eis exhibita. Secundo commemorat ea per comparationē ad statum secundū ibi. Propter quod memores estote etc. Primum itē in duas. quia primo recitat apostolus statū culpe ipsorum. Secundo beneficij gratie iustificationis ibi. Deus autē qui diues est etc. Primum itē in duas. quia primo commemorat statū culpe quantum ad gentiles. Secundo quantum ad iudeos ibi. In quibus et nos omnes etc. Primum itē in duas. quia primo premitit beneficij generalitatem. Secundo subdit huius necessitatē ibi. Cum essetis mortui etc. Dicit ergo. Dico quod deus magnifice operatur in fidelibus secundum operationē potentie uirtutis eius quā operatus est in christo: et hoc quod suscitauit illum a mortuis. secundum hanc ergo operationē ad huius operationis exemplū conuincit nos uite scilicet gratie de morte peccati. Osce. 6. Uiuificauit nos post duos dies in die tertia suscitauit nos etc. Col. 3. Si surrexistis cum christo que sursum sunt etc. Necessitatē uero huius beneficij ostendit cum dicit. Cum essetis mortui etc. Ubi optime describit eorum culpam. Primum quantum ad multitudinem quia cum essetis mortui scilicet morte spirituali que pessima est. ps. Mors peccatorū pessima. Peccatū enim mors dicitur. quia per ipsum homo a deo qui est uita separatur. Johan. 14. Ego sum uia ueritas et uita. Mortui in quibus delictis et peccatis uestris. Ecce multitudo. In delictis quidem quantum ad obmissa. ps. Delicta quis intelliget etc. Et peccatis quantum ad commissa in quibus aliquando ambulastis. Quod ideo dicit ut multitudinē peccatorū exaggeret. Nam aliqui si ad horā mortui sunt in peccatis et in delictis. cessant tamē aliquando et peccare desistunt. sed isti de malo in peius pedentes et ambulantes proficiebant. Simile habet psal. 3. Multi enim ambulauerunt quos sepe dicebā uobis nunc autē et nescis dico. Jer. 2. Ambulauerunt post uanitatē suā et uani facti sunt. Secundo quantum ad causam que ponit duplex. Una ex parte huius mundi qui alliciebant a rebus mundi. et quantum ad hoc dicit. Secundum seculū mundi huius id est secundum secularem uitā rerū mundanarū que uos alliciunt. r. Johan. 2. Si quis diligit mundū non est charitas patris in eo. Propter quod premitit. Nolite diligere mundū. Alia causa est ex parte demonū quibus seruebant: de quibus dicitur Sap. 14. Infandorū idolorū cultura omnis mali cau-

sa est et inuictū. Et quantum ad hoc dicit. Et secundum principem potestatis. Quā quidem causam describit tripliciter. Primo quidem quantum ad potestatem dicens: Secundum principem potestatis. id est potestatem exercentē. non quod habeat eam naturaliter: cum nec domin⁹ nec creator sit ex natura sed in quantum dominatur hominibus qui se ei peccato subiiciunt. Johan. 12. Nunc princeps huius mundi exciet foras. Et. 14. Venit princeps huius mundi et in me non habet quicquid. Secundo quantum ad habitationē. quia aeris huius id est qui habet potestatem in hoc aere caliginoso. Tertiū sciendum est quod de istis demonibus duplex est opinio apud doctores. Quidam enim dixerunt demones quod ceciderunt non fuisse de supremis ordinibus. sed de inferioribus qui presunt corporibus inferioribus. Constat autem totā creaturā corporalem administrari a deo ministro angelorū. Et hec est opinio Iohannis damasceni scilicet quod primus eorum qui ceciderunt preerat ordini terrestrium quod forte sumptū est ex dicto platonis qui ponebat quāsdā substantias celestes seu mundanas. Et secundum hoc exponitur hec quod dicit aeris hui⁹. id est ad hoc creati ut presiderent aeri huic. Alij uero uolunt et melius quod fuerint de supremis ordinibus ita quod hoc quod dicit aeris hui⁹ sit ad ostendendū ipsum aerē esse habitationem ipsorum in penā eorum. Unde iudas in sua canōica dicit. angelos uero qui non seruauerunt suū principatū sed deliquerunt suū domiciliū in iudiciū dei magni vincal eternis sub caligine reseruauit. Ratio autē quare non statim post eorum casum retrusū sunt in infernū sed dimittuntur in aere. est quia deus noluit quod ipsis peccantibus eorum creatio totaliter frustraretur. et ideo dedit eos hominibus in exercitiū quo bonis preparent coronā: malis autē eternam mortē. et quia usque ad diē iudicij est nobis tempus bellū et merendi. ideo usque tunc in aere permanebunt. post diem uero iudicij retrudentur in infernū. Aduertendum etiā quod una littera habet spiritus: et sic est gr̄ casus et ponitur singulare pro plurali. Quasi dicat spiritus. Aliqua littera habet spiritū et tunc est accusatiui casus. ut dicat secundum principem spiritū id est qui princeps est spirit⁹. Tertio quantum ad operationē ibi cum dicit. Qui nunc operatur in filios dissidentie id est in illos qui a se repellunt fructus passionis christi qui erant filij dissidentie. Vel quod de eternis non habent fidem nec spem salutis per christum. Et in talibus princeps potestatis aeris huius libere operatur dicens eos quo uult. de quibus infra. 4. dicitur. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operationem imundicie. Vel dissidentie id est de quibus eis est dissidentū id est qui ex malicia peccant. in quibus princeps huius mundi etiā operatur ad nutū. De his enim quod ex ignorantia et infirmitate peccant non est dissidentū nec in eis princeps iste operatur ad nutū. Sed contra. de nemine est desperandū quod diu uiuit. Respondeo dicendū est quod de alijs quo potest esse duplex spes. Una ex parte hominis. alia ex parte diuine gratie. Et sic de aliquo potest desperari ex parte sua: de quo tamē desperandū non est ex parte dei. sic de desperandū erat de lazaro iacente in sepulchro quod resurrexerit ex parte sua: de quo tamen desperandū non erat. ex parte dei a quo resuscitatus est. De illis uero quod ex malicia sunt multū in peccatis diuersi si attendatur eorum uirt⁹ desperari potest. Infrus sumus in limo profundū et non est substantia. Non tamē si attendat uirtus diuina. De istis autē filiis dissidentie dicit infra. 5. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propter hoc enim uenit ira dei in filios dissidentie. Unde inde cum dicit In quibus et nos omnes etc. Commemorat apostolus statū culpe quantum ad iudeos: ostendens eos omnes in peccato fuisse secundum illud Ro. 3. Causari sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse. Attendenda est tamē